



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Horologium Spirituale Scholasticorum Societatis Jesu

Dirckinck, Johann

[Osnabrugi, 1696

Persolvendi preces matutin.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55025)

HOROLOGII SCHOLASTICORUM. HORA IV.

Matutina.

AUdito campanæ signo alacriter surge: hoc enim signum magni Regis est, signum obedientiæ & vox dilecti est: ac proinde ne tergiverferis, aliàs diem ab imperfectione & inobedientia auspicaris, gratiæq; divinæ obicem nonnullū ponis. Surge igitur velociter, more R.P. Stredonii, qui audito manè regulari ad surgendum signo, exiebat sine mora. cap. 5. vite. Vince te, diem perfectè inchoa, & hanc tui victoriam, velut diei primitias Deo immola: quò multum conferet temperans & modica diei præcedentis ccena.

P R A X I S I.

Religiosè surgendi.

I. **E**Xpergefactus, statim exclusis omnibus aliis cogitationibus, animum applica ad id, quod paulò post meditaturus es. Ita præscribit S. Pater noster in Lib. Exercit. addit. 2. jam te velut reum, jam tanquam